



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 91. Regina denuo in Franciam reversa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

§. XCI.

Sæcul. XV.
A.C. 1463.

Regina denuo in Franciam reversa.

Henricus accepta hac clade denuo in Scotiam rediit; Regina vero ejus conjux, superatis innumeris ferme periculis sola cum Filio suo per nemorum opaca, & impervias Regiones tandem maris oram attigit, ubi a nemine cognita unacum Juvene Principe navem, quam casu offenderat, conscendit, atque in Gallias trajecit, iteratas petitura suppetias; verum nihilo benigniores, quam antea experta est rerum vicissitudines; unde novis in horas emergentibus obstaculis, nonnisi viginti librarum millia mutua, ac quidem sub durissimis conditionibus sibi numeranda a Galliarum Rege impetravit.

§. XCII.

Isidori Cardinalis Patriarchæ Constantinopolitani obitus.

Hoc anno die octava Martii Isidorus Cardinalis Patriarcha Constantinopolitanus, & Sacri Collegii Decanus supremum diem obiit. Is Thessalonicæ, seu juxta alios, in ipsa Constantinopolitana urbe natale solum accepit. Primo S. Basilii institutum profitebatur, postea Russiæ Episcopus renuntiatus, demum
H 2 Floren-

*Gobelin.
Comment.
Pii II. lib. II.
§ 12.*